

P R A E F A T I O

stiuimus, quamcumque etiam in dicendo barba-
riem non unquam præferrent, aut etiam liter-
errorem inferrent, lectori modo & gravissimi
huius artis indagatori satisfaceremus, qui nequa-
quam sermonis spectat elegantiam, sed abstruse
loci positæ veritatis potius eruendæ, cognoscendæq;
satagit. Tenetur etiam quisquis vir bonus, in
authoris ipsius, in re gravi, & in doctrina vete-
rum quacunque, nuda verba ponat & exprimat
ad superstitionem etiam illa observans, ita ut in
illis describendis, recitandis, aut ex archivio quo-
cunque producendis sententias vel unicam lite-
ram omisso aut immutasse, piaculum habeat.

Cùm porrò nonnulla alia quoque scripta Che-
mica in manibus habeam, que prælibenefici opu-
blici juris facta hactenus non sunt, pro viribus e-
nitar, ut Quintus quoque (aut forsan plures) To-
mus Chemicus prodeat. Ad quam rem geren-
dam, omnes illos, quibus Philosophia & Chemicæ stu-
dia curæcordig; sunt, cuiuscumque status aut con-
ditionis existant, obnixè rogatos volo, ut, si penes se
huius generis scripta habeant, benignè communi-
cent, ac, si in hoc laudabili meo proposito, me juva-
re possunt, juvent, communèq; bonum in medium
conferant. Sunt quidem, fateor, in eiusmodi coa-
ervatione malabonis, multa futilia atque iner-
tia gravissimis rebus permixta, vera imò, quod in
omnibus facultatibus nostro tempore accidit, à
falsis oppressa & suffocata, quæ prudens accorda-

tus

• • -